

30. Marcellinus s. a. 8 m. 2 d. 25. Hic a Diocleciano seductus Atrium dñi imposuit, postea poenituit & pro fide Christi ab eodem subijt capitalem sententiam.

* VIII. con. c.

31. Marcellus s. a. 5 m. 7 d. 11. Hic quia noluit sacrificare demoniis a Maxentio catibulo dampnatus est.

32. Eusebius * s. a. 2 m. 1 d. 25. Huius tempore inventa est crux Domini nostri Ihesu Christi 5. Non. Mai.

* f. 11!

33. Melciades s. a. 3 m. 7 d. 8. Hic constituit ut die dominica aut quinta feria ieiunium a christianis non ageretur quia his diebus pagani sacrum celebrant ieiunium & instituit sacras oblatas dirigere per ecclesias presbiteris, quod est fermentum.

34. Silvester s. a. 28 m. 10 d. 12. Hic constituit cum piis. Sino imperatore Constantino & 277 episcopis ut summus presul a nemine iudicaretur, & ut laicus crimen clerico non inferret.

35. Marcus s. a. 2 m. 8 d. 10. Hic constituit ut episcopus Ostiensis pallio uteretur propter consecrationem Romani pontificis.

36. Iulius s. a. 11 m. 2 d. 6. Hic constituit ut nullus clericus causam quamlibet in publico diceret nisi in ecclesia.

37. Liberius s. a. 10 m. 7 d. 3. Hic ornavit sepulchrum sancte Agnes marmoribus.

38. Felix s. a. 1 m. 3 d. 2. Hic Constantinum Constantini filium hereticum demonstravit & rebaptizatum ab Eusebio.

39. Damasus s. a. 18 m. 2 d. 10. Hic constituit ut * psalmi per omnes ecclesias die nocturne canerentur.

* f. 12.

40. Siricius s. a. 15 m. 11 d. 25. Hic constituit ut presbiter non celebraret missam in civitate nisi consecratam ab episcopo ipsius loci oblatam acciperet per singulas epdomadas que fermentum nominatur.

41. Anastasius s. a. 2 d. 27. Hic constituit ut quotiens leguntur euangelia sacerdotes non sedent sed stent incurvati.

42. Innocentius s. a. 15 m. 2 d. 10. Hic constituit quedam de ritu ecclesie & regulis monasteriorum & ieiunium celebrandum omni sabbato.

43. Zosimus s. a. 1 m. 9 d. 15. Hic constituit ut diaconi levam lectam haberent de pallio linostima & ceream benedici.

* VIII. alia manu corr. ex VIII. c.

44. Bonifacius s. a. 3 m. 8 d. 13. Hic constituit ut nulla femina vel monacha pallam sacram contingeret aut lavaret aut incensum poneret nisi minister nec seruum clericum fieri nec obnoxium curie vel cuiuslibet rei.

obnoxium c.

45. Celestinus s. a. 8 m. 1 d. 9. Hic constituit ut psalmi